

actu suo, est a memoria. Nam notitia non producit nisi ab obiecto, ut in memoria, & ut sibi simillima, & ideo proles dicitur, & genita, voluntas autem, ut est sub actu suo, est a memoria, & intelligentia. Nihil enim assumitur in facultatem voluntatis nisi cognitum. Nec cognitio generatur nisi ex memoria specie obiecti continente, in quibus est aliquis similitudo originis diuinae personarum. Pater enim a nullo est, filius vero a patre tantum, spiritus sanctus ab utroque. Et filius producit ut verbum, vel notitia genita spiritus sancti, ut donum voluntarium. Clarius hoc declaratur de consuetudine animae, & duobus actibus productis intelligere, & velle, maior tamen est dissimilitudo, quam similitudo. Est etiam aequalitas respectu obiectorum, quoniam quorumcunque memoria potest reminisci, intellectus potest intelligere, & voluntas velle, vel nolle, & conuerso. Etiam in operationibus ad extra non separantur, sicut in beatissima trinitate.

Quo animam nota debet habere circumscriptio- nem Dei,

Et licet in his est aliqua similitudo licet remota, animae ad Deum, non tamen per hoc, quod anima meminit, & vult, est imago Dei, sed quia per hanc capax est Dei, numinatis Dei, intelligere Deum, amare Deum. Alias in brutis esset imago Dei. Et quia secundum naturam capax est, in natura est imago etiam antequam particeps est Dei, ut dicit Augustinus, 14. de trinitate. Et illa delerit non potest. Sed nomen Dei tunc tantum tenet circumscriptum, quando iam ornata est virtutibus fide, spe, charitate, ac ceteris, atque eorum actibus hanc requirit dominus, ideo solliciti sumus eam ornare, & ornatum conseruare. Non sumus fatuae virginis, veniet dies, & in ianuam eius, quo dominus dicit ostendite numisma. Nam statutum est homini semel mori, post hoc iudicium, ad Heb. 6. Vg. & in aeternum vg., si imago non sit a alieno fuerit nomine circumscripta. Audituri sumus sine dubio, & nescio vos, unde sitis. Dicedite a me omnes operarii iniquitatis. Luc. 13. Ergo in scribamus singulas imaginis partes no-

mine regis aeterni. Memoriam caracteribus diuinorum beneficiorum legis laetiae mandatorum, consiliorum, ac spe firma promissorum non fabulosis inepetis, secundum illud ad Titum-3. inepetis & inanes fabulae deuita. Ne simus semper addiscentes, & ad cognitionem veritatis non peruenientes. i. Tim-3. Intellectus inscribatur actualibus Dei, & scripturae meditationibus, multiplicitibus beneficiis, praesentibus, praeteritis, & futuris, ac fide firma omnium verborum Dei voluntas inscribatur deuotissimo amore Dei, & prompta obedientia per dilectionem cuncta operantem, per dilectionem videlicet Dei, & proximi. Quae cum facimus, securae numisma requisiti ostendimus, & omnia debita reddimus per geminam dilectionem, Deo, quae Dei sunt, nos ipsos, & omnia nostra, Caesari, quae Caesaris, in exterioribus obedientiam ordinatam, Amen. De hoc vide clarior in sermonibus de festis Christi, de sancta trinitate.

**DOMINICA XXIII.**  
**Sermo II. in ordine.**  
**XCVI.**

**C**VIVS est imago haec, & superscriptio. Mat. 22.

Solent inter caetera homines a peccatis retrahentia consideratio diuini iudicii peccatores salubriter deterere, sicut beatus Iob ait, Audiet auditionem in terrore vocis eius, eiusdem. 37. quae pertractans b. Grego. 27. moralium ait, Peccator, dum sola, quae terrenasusit, cogitat, si repente diuinae gratiae aspiratione tangitur, hoc ante omnia intelligit, quod cuncta, quae agit, districte eter- ni iudicis animaduersione puniatur. Auditus ergo vocis Dei prius in terrorem sit, ut post vertatur in dulcedinem. Nam cum nos violenta rerum delectatio possidet temporalium, & meritis oculos in somno torporis premit, si manu subita superni respectus excitamur, du- clausos, mox eosdem ad veritatis lucem oculos mentis aperimus, quae egerimus

Confide- ratio di- uinae iu- dicii re- trahit a peccato.